UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XXVII. De Gregorio Thaumaturgo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

A Petrum & Gregorium. Sed Petrus quidem monaſticam Baſilii vitam æmulatus eſt: Gregorius vero ejus in docendo eloquentiam: qui & librum Baſilii de opere ſex dierum, quem ille imperfectum reliquerat, poſt obitum fratris ſupplevit: & orationem funebrem in laudem Meletii Antiochenſis Epiſcopi Conſtantinopoli recitavit. Exſtant & aliæ plures orationes ab eo conſcriptæ.

Caput XXVII.

De Gregorio Thaumaturgo.

B Sed quoniam ex nominis ſimilitudine & ex libris qui Gregorii titulum præferunt, nonnulli in errorem ducuntur, ſciendum eſt alium eſſe Ponticum Gregorium, qui ex urbe Ponti Neocæſarea oriundus, iſtis antiquior fuit, quippe qui diſcipulus fuerit Origenis. Hujus Gregorii celebris fama eſt Athenis ac Beryti, & per univerſam Ponticam diœceſin, ac per univerſum prope dixerim terrarum orbem. Nam cum ex Athenienſium ſcholis diſceſſiſſet, juris civilis diſcendi cauſa Berytum profectus eſt. Ubi cum accepiſſet Origenem ſacras literas C Cæſareæ interpretari, celeri curſu in eam urbem contendit. Cumque magnificam ſacrorum librorum expoſitionem auſcultaſſet, Romanis legibus valedicens, Origeni ſe totum dedidit. A quo cùm veram philoſophiam didiciſſet, poſtea à parentibus revocatus, rediit in patriam. Ubi primo quidem, dum adhuc laicus eſſet, multa fecit miracula: nunc ægrotos ſanans, nunc dæmones per epiſtolam fugans; Gentiles denique non verbis tantùm, ſed multo magis operibus ad fidem alliciens. Hujus mentionem facit etiam Pamphilus Martyr, D in libris quos pro Origenis defenſione ſcripſit: quibus etiam adjuncta eſt Gregorii oratio, quam ille ab Origene diſcedens, in ejus laudem compoſuit. Fuerunt igitur, ut compendio dicam, Gregorii plures. Primus eſt antiquus iſte, diſcipulus Origenis: ſecundus Nazianzenus: tertius frater Baſilii: eſt etiam alius Gregorius, quem Ariani dum Athanaſius in exilio ageret, Epiſcopum conſtituerunt. Verum de his hæc dicta ſufficiant.

A Πέτρος καὶ Γρηγόριος· ἀλλὰ Πέτρος μὲν τὸν μονήρη βίον Βασιλείου ἐζήλωσε· Γρηγόριος δὲ τὸ διδασκαλικὸν τοῦ λόγου· ὃς καὶ τὴν ποιηθεῖσαν Βασιλείῳ ἑξαήμερον, ἅτε δὴ καταλειφθεῖσαν, προσανεπλήρωσε μετὰ θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ· καὶ ἐπιτάφιον εἰς Μελέτιον τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει διεξῆλθε· φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλοι λόγοι διάφοροι.

Κεφ. κζ.

Περὶ Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.

B Ἐπειδὴ δέ τινες ἐκ τῆς ὁμωνυμίας πλανῶνται, καὶ ἐκ τῶν ἐπιγραφομένων Γρηγορίου βιβλίων, δεῖ εἰδέναι ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ Ποντικὸς Γρηγόριος, ὅστις ἐκ τῆς ἐν Πόντῳ Νεοκαισαρείας ὁρμώμενος, ἀρχαιότερος τούτων ἐστί· μαθητὴς γὰρ Ὠριγένους ἐγένετο. περὶ τούτου Γρηγορίου, πολὺς ὁ λόγος ἔν τε Ἀθήναις καὶ Βηρυτῷ, καὶ ὅλῃ τῇ Ποντικῇ διοικήσει, ὡς δ' εἰπεῖν, καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. οὗτος γὰρ ἐκ τῶν Ἀθήνησι παιδευτηρίων ἀναχωρήσας, ἐν τῇ Βηρυτῷ νόμους ἐμάνθανε· πυθόμενός τε ἐν C Καισαρείᾳ τὰ ἱερὰ γράμματα ἑρμηνεύειν Ὠριγένην, δρομαῖος ἐπὶ τὴν Καισάρειαν παραγίνεται· ἀκροασάμενός τε τῆς μεγαλοφυοῦς θεωρίας τῶν ἱερῶν γραμμάτων, πολλὰ χαίρειν εἰπὼν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς νόμοις, ἀχώριστος ἦν τοῦ λοιποῦ· καὶ ὑπ' αὐτοῦ παιδευθεὶς τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὴν πατρίδα τῶν γονέων καλεσάντων, ἀνεχώρησε· κἀκεῖ πρῶτον μὲν λαϊκὸς ὤν, πολλὰ σημεῖα ἐποίησε, νοσοῦντας θεραπεύων, καὶ δαίμονας δι' ἐπιστολῶν φυγαδεύων, καὶ τοὺς ἐθ- D νίζοντας, τοῖς τε λόγοις, καὶ πλέον τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ προσαγόμενος. μέμνηται αὐτοῦ καὶ Πάμφιλος ὁ μάρτυρ ἐν τοῖς ὑπὲρ Ὠριγένους ποιηθεῖσιν αὐτῷ βιβλίοις, ἐν οἷς καὶ συστατικὸς λόγος Γρηγορίου εἰς Ὠριγένην περιέχεται. γεγόνασιν οὖν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, Γρηγόριοι· ὅ τε ἀρχαῖος οὗτος καὶ μαθητὴς Ὠριγένους, καὶ ὁ Ναζιανζηνός, καὶ ὁ ἀδελφὸς Βασιλείου· ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλος Γρηγόριος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὃν οἱ Ἀρειανοὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς Ἀθανασίου κατέστησαν. περὶ μὲν δὴ τούτων τοσαῦτα λελέχθω.